



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

De Fvndatoribvs Hvivs Monasterii, Jbj Ad Parjetem Templi Seqventes  
Scripti Svnt Rythmi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

transfretationis desideratum iter aggredi volens, quia palmam, qua capitur gloria, finis habet, oportunitum & saluti proximum fore arbitrans, inter reliqua mundialis rei ordinationem, Ecclesiis Dei plurimum vexatis pro posse debere reconciliari, sanè prædictam Ecclesiam, Windpergensem scilicet, veluti specialem Testamento præstantiori præferens, conferendo ei Ecclesiam Viechta legitimo decedente pastore Domino, Wolfingo. Addimus & ob reverentiam & dignitatem ipsius Ecclesiæ, aliam Parochiam in terra Boemorum, dictam, Schuötenhouen, cum villa adiacente Podmuckl pari debito & perpetuo Jure possidendas. Igitur cuiuscunq; potestate seu consilio huius rei Testamentum irritum factum fuerit, in extrema examinatione diuina ultione puniatur. Facta funchæc. 8. Calend. April. præsentibus Ministerialibus, Domino Hainrico de Pholiage, cum filiis Gebhardo Marschalco, Conrado & Henrico fratre suo de Nusperg, Gerho de Fremiesperg, Hainrico de Prule & aliis quàm plurimis, anno gratiæ 1233.

HAINRICHVS Dux inferioris Bavariæ dedit Ecclesiæ in Sossau priuilegium asyli, pro facinorosis hominibus, qui ad illam confugerent, item quod bona illius Ecclesiæ, pro abbate in Windperg, non deberent oppignorari, an. 1335. renouatur hoc priuilegium ac confirmatur, per Albertum Ducem Bavariæ, qui se Comitem de Vochburg, ad differentiam Alberti filij nominari voluit, anno Domini 1445.

JACOBVS Abbas ibi emit à Laurentio Poschinger, ciue Straubingense, villam Zeidlarn prope Sossau sitam, cum omnibus Juribus, Hofmarchiis ac redditibus suis, anno Domini 1463. Pater siue agnatus huius Simon Poschinger, antea emerat ab Erasmo de Puechperg in Winnzer, anno 1434.

HABET hoc Monasterium Ecclesiam, decimas ac villam in Bohemia Albrethshouen nomine, vt putò à primis suis fundatoribus, qui multa bona in Bohemia possederunt, super eius Aduocacia illi sunt cum Baronib<sup>9</sup> de Scvichavv diuurnæ & granès lites, hoc 1579. anno, nondum sopitæ.

Nobiles in hoc Monasterio sepulti ac alij benefactores, quorum memoria ibi extat.

De Ramsperg fundatores Capellæ, quæ nunc Capitularis dicitur, vbi ipsorum Insignia ac lapis sepulchralis, cum hac Inscriptione, anno Domini 1306. dictus Ramsperger cum Vxoribus suis &c. putò esse Hainricum.

De Leubolting, de Satlpogen, de Nusperch, de Alenckhouen.

## DE FVNDATORIBVS HVIVS MONA-

### STERII, JBJ AD PARJETEM TEMPLI

SEQUENTES SCRIPTI SVNT RYTHMI.

*Continet Authores huius fabricæ potiores*

*Ista sepultura, quos præsens atq; futura*

*Posteritas sanè non cessat vespere, manè,*

*Hic commendare Christo, precibusq; iuuare.*

*Sed libet ipsorum distinguere nomina, quorum*

*Exiit Albertus primus; de quo duo nati*

*Hartovic, Berchtoldus sunt hac tumba tumulati,*

*Solo Berchtoldo puer Albrecht nascitur; à quo*

*Processerunt Leopold, Berchtoldus & Albrecht,*

*Sic*

Sic genus equiuocos vult partim esse beatos  
 Corpora dictorum latitant hic more priorum.  
 Te quoq̄ mente pia dotauerunt Virgo Maria,  
 Templi structura des gaudia non ruitura  
 Ipsis in cælis, vbi regnat quisq̄ fidelis.  
 Dilige progeniem Comitis quicumq̄ legens es.

## ADDITIONES.

**E**VGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Gebhardo Præposito Ecclesiæ de *Windberg* eiusq̄e fratribus tam præsentibus quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. Desiderium q̄ ad religionis propositum & animarum salutem, pertinere cognoscitur, animo nos decet libenti concedere & petentium desideriis congruum impartiri suffragium. Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus & præfatam Ecclesiam in qua diuino mancipati estis obsequio sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes vt quascunque possessiones quæcunq̄ bona in præsentiarum iustè & canonicè possidetis aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio poteritis adipisci firma vobis vestrisq̄ successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimendâ vocabulis: Ecclesiam videlicet *Saizco* cum adiacente allodio & omnibus pertinentiis suis, sylvam quoque adiacentem monti vestro in *Milbacensi* via *Virlebach* cum omnibus pertinentiis suis, *Embra* cum pertinentiis suis, *Syrinchke* cum pertinentiis suis, *Waltzenberg* cum pertinentiis suis, *Mainkhouen* cum pertinentiis suis, *Vennebach* cum suis pertinentiis. Sancimus etiam iuxta deuotionem bonæ memoriæ Alberti Comitis vestræ Ecclesiæ fundatoris, vt ille qui de progenie sua maior natu fuerit locum vestrum & bona ad eum pertinentia pro salute animæ suæ à prauorum incurfione defendat & nullus in eis exactiones imponat. Quod si inutilis fuerit, liceat vobis ipsum consilio *Babenbergen*. Episcopi ab ipsa defensione remouere, & alium idoneum substituere. Sanè laborum vestrorum quas propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus omninò à vobis decimas exigere præsumat. Statuimus quoque vt ordo Canonicus secundum *B. Augustini* Regulam & institutionem fratrum *Framonstratensium* perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter conseruetur. Addentes etiam interdiximus, vt nemini vestræ professionis facultas sit alicuius leuitatis instinctu, vel actioris religionis obtentu sine licentia Præpositi, vel congregationis vestræ de claustro discedere. Quod si discesserit nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus monachorum, absq̄; communium literarum cautione cum audeat retinere. Si verò secundo tertioque vocatus redire contempserit, liceat eiusdem loci Præposito canonicam in eum proferre sententiam. Liceat quoque vobis in communi interdicto ipsius terræ exclusis excommunicatis & interdictis summissa voce diuina officia celebrare. Porro sacramenta Ecclesiastica à Diocesano suscipiatis Episcopo, siquidem catholicus fuerit, & gratiam atq̄; communionem apostolicæ sedis habuerit, eaq̄; vobis gratis & sine prauitate voluerit exhibere, alioquin catholicum quemcunque malueritis adeatis antistitem, qui nimirum nostra fultus autoritate, quod postuletur indulgeat. Sepulturam quoq̄;